



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & chariori Authori,
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Vtrum veditio actuum pertinentium ad iurisdictionem Ecclesiasticam
interni, & externi fori sit simonia. punct. 12.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

Verum omnino dicendum est, Simoniam esse saltem ex iure positivo date pecuniam, vel aliud quodvis donum familiaribus pralati, sub conditione, & pacto ut intercedant, & rogent pralatum, vt tibi beneficium, vel ordinem concedat, tenent hanc sententiam ferè omnes doctores cum D. Thom. g.100. art.2. ad.5. vbi docet ante ius acquisitionis in beneficio Simoniam esse iam fenerare ad illud obtinendum, tollendo impedimenta. Ergo à fortiori procurando, & influendo, clarus Bonavent. 4. dīs.25. circa. lit. dub. vtr. Maior. ibi quāst. 2. ad 2. supplem. Gab. 2. art.3. dub. 4. circa finem. Summūtis omnes præcipue sylvestri. verbo Simonia. 2.6. Tab. num. 8. Angel. Simonia. 3. num. 25. Nauar. cap. 25. numer. 106. vers. ad quintum. & seq. & lib. 3. cap. 54. de probendis, & in comment. de datis. & promissis notab. 32. m. 45. & conf. 5. 6. & 57. de Simonia. Soto l. 9. q. 7. art. 3. Suar. alii relatis lib. 4. c. 55. n. 14. Lessius lib. 2. cap. 3. dub. 8. num. 46. confitatur manifestè ex cap. statutisq. 2. 1. quāst. 1. vbi Nicolaus Papa enumerat tres species ordinatorum Simoniacè, & vna eit quando Ordinanti nihil datur: sed mediatoribus. Idem confat ex cap. presentium 1. quāst. 5. vbi Urbanus Papa cognoscit Simonianum commissum esse, eo quod pecunia data fuerit non Episcopo, sed euidam eius familiari. Ratio vero eit? quia intercessor, & mediator rogans, & inducens pralatum, vt tibi beneficium concedat, causa est moralis illius concessionis. Ergo si emis huiusmodi causam moralem, emis virtualiter effectum illi auctoratum, & ab illa dimanecunt.

5. Aduerunt tamen Nauar. Suar. & Lessius supra non esse Simoniam, si pecunia detur his familiaribus pro labore suscepito in eundo, & redeundo ad collatorum beneficij, vel pro recompensatione alius cuiusdam si patiantur; vt pro recompensatione licet si amittant? quia hæc omnia accidentalia sunt iis actionibus spiritualibus. Caendum vero, ne manus excedat a simulatione talis laboris, vel damo secundum se spectati; si alia Simonia committetur; siquidem ratione beneficij obninet crescere diligentiarum estimatio, quod clarius conflare si quo pinguis est beneficium, co diligenter plures estimarentur.

Secundo aduerit Suar. cap. 53. num. 17. cum Adriano mediatores assument curam præsè informandi pralatum de meritis talis personæ posse pro hoc munere premium recipere. Quia in hac parte solum gerit officium adlocuti representante merita personæ: pro quo officio dicemus posse premium recipi, est tamen hoc periculofum: quia pax mediator excedit officium informantis, & officium exhortantis, & inducentis, plus quam merita personæ simpliciter representata possent incinerare.

Tertiò aduerit idem Suar. supra cum omnibus doctribus præcipue Paludano quāst. 5. non esse familiarem Simoniacum, si recipiat pecuniam solum, vt tibi aperiat ianuam, & facilem aditum attribuit, vt possit petere à pralato beneficium: quia hæc omnia non sunt spiritualibus connexa: imo affirmat non fore iniustitiam hæc dona recipere gratis oblata, vel si aliquid faciat familiaris ultra id quod teneat.

P V N C T Y M X I I .

Vtrum venditio actuum pertinentium ad iurisdictionem Ecclesiasticam interni, & externi fori sit Simonia.

S V M M A R I V M .

- 1 Pro nullo exercitio ordinis, & potestatis spiritualis potest premium recipi.
- 2 Sacerdos absoluens indignum pro pecunia Simoniam committit.
- 3 Sacerdoti iniuste volenti absoluere à peccato, vel censorio potest pecunia dari, ut à prava voluntate desistat non in premium absolutori.
- 4 Idem est dicendum de dispensatione obseruationis fessorum.
- 5 Qualiter parochus pro assistentia in matrimonio posse pecuniam recipere.
- 6 Pretio constituti non potest index Ecclesiasticus, siue ordinarius, siue delegatus.
- 7 Proponitur quadam obiectio: & sit illi satis.
- 8 Pro muneribus, & officiis iurisdictionem temporalem habentibus premium absque Simonia recipi potest: sed non est licita horum officiorum venditio ex legibus nostris regni.
- 9 Pro collatione, institutione, possessione concedenda non potest pecunia etiam in sustentationem recipi, nisi ex antiqua consuetudine habeatur in pios usus conseruanda.
- 10 Pro dispensatione in votis, iuramentis, impedimentis matrimonij, alijque legibus Ecclesiasticis non potest

pecunia etiam in sustentationem dispensantis concessa recipi absque Simonia iuri Ecclesiastici.

11 Possunt tamen sic dispensantes dispensatio imponere unde dandi elemosynam aliquam.

12 Ordinarij, aliquaque officiales exquentes dispensationem à Sede Apostolica concessam non possunt pro examinatione refusa alteriusque laboris in eius expeditione premium, vel pecuniam in sustentationem recipere.

13 Tria sunt pro superioris doctrina intelligentia adserenda.

14 Pro patrocinio in causis spiritualibus bene potest premium recipi.

15 An pro testimonio dicendo premium recipi possit?

16 Pro omissione pertinente ad potestatem spiritualium premium recipi non potest.

17 Negare abolutionem à peccatis pro pecunia à tercia persona recepta: Simonia est;

18 Non videtur esse, si neges confessionem audire, vel Missam dicere, effo ad id sis obligatus.

19 Idem videtur de negatione licentia, ut alieri confessur.

20 Quid demittit denunciare peccatore cum ad id ex officio obligetur? Affirmat aliqui Simoniam esse.

21 Probabilis est oppositum.

1. Pro nullo exercitio ordinis, & potestatis spiritualis posse premium recipi, tenent omnes doctores ex cap. Ad nostram de Simonia, cap. Non satius, & cum in Ecclesi. e. cum sit Romana, & alius de Simonia.

2. Ex hoc principio infertur sacerdotem absoluens indignum, & indispositionis absolutioni, si pro pecunia facias esse Simoniacum: nam eito non vendat verum alium spirituali, absolutio data nulla eit: vendit tamen quendam vnum, seu porius abulum spiritualis potestatis: & hoc videtur ad Simoniam sufficere: & tener Suar. lib. 4. cap. 19. num. 2. & lat. constat ex cap. Nemo, de Simonia: ibi: nequam penitentem, vel minus dignè penitentem gratia, vel favore ad reconciliationem adducat, &c. Idem est dicendum de sacerdoti deinceps pecuniam pro leui, vel gravi penitentia imponenda: quia eit actus iurisdictionis à potestate ordinis: sic Suar. supra num. 4. vbi optimè aduerit sacerdotem penitenti si satisfactionem aliquas elemosynas pro pauperibus, vel Missis dicendis imponens, Simoniam committere, si penitentem cogat, & quasi obliget pro absolutione, vt libi applicet fecus veto, si solius deliderium suum, & voluntatem dicendi de Missis manifestaret, caendum tamen est (ait) fundatum, & minimum appetitum luci, & auriculi, & ideo talem vnum regulariter effe vitandum, meritoque in aliquibus Episcopatibus, & religionibus prohiberi.

3. Quod dictum est de absolutione à peccatis, dicendum est de absolutione à censuris: est quidem Simoniam pro pretio fieri, quia eit actus iurisdictionis à potestate supernaturali: habetur de absolutione à suspensione, vel interdicto in e. Nullus 124. 1. quāst. 1. de absolutione ab excommunicatione in e. Ad aures de Simonia, & sumitur ex generali reg. e. ad nostram eadem titul. & traditur in leg. 6. & tit. 17. part. 1.

Quod si aliquis per iniustum censuram vereatur, neque velit sacerdos cum abfoluere, nisi accepta pecunia, ex illo dati posse absque Simonia: si derut ad tollendum primum affectum, & appetitum iniuste negatis absolutionem: quia eito est quedam redemptio vexationis: & ita tener Glofia in cap. Ad aures, & cap. dilectus de Simonia, & in cap. quāst. 1. q. 3. Redoan. 3. p. c. 21. n. 6. & consentit Suar. in cap. 4. c. 19. n. 3. Aduerit tamen, si facilis negotio absolutionem à superiori potes impetrare, non posse tunc tribuire pecuniam illi sacerdoti, qui teneris ex charitate proxime peccatum vitare, quando commode potes. Si vero necessarium sit pro absolutione obinenda à superiori tempus expectare, non cense te obligatum esse: quia grave damnum est manere te ligatum censura etiam unico die: ac proinde ob vitandum humiliandi damnum poteris pecuniam sacerdoti iniuste neganti absolutionem, tribuere.

4. Ad hæc reducit Suar. illo d. 19. n. 11. licentias, vel quæ si dispensationes, quas possumat dare parochi suis subditis in ordine ad preceptorum observationem, vel excusationem, vt v. g. laborandi die festa, comedendi cibos vetios, &c. nam siue hi actus fiant per propriam iurisdictionem, siue per authenticationem approbationem causa exculpant, procedunt à potestate spirituali, & sunt actus proprii officij.

5. Solum de assistentia parochi ad matrimonium esse potest difficultas, an pro illa possit premium recipere. Et aliqui dicunt, erit iniustus sit, si petat quod sibi non debent, ex coniugialine non fore Simoniacum: quia non exercet actum ordinis, neque iurisdictionis: cum ab excommunicato, & non ordinato (secundum probabilem sententiam) validè exerceat, sed assistit sicut aliud testis, qui eis pro sua assistentia pecuniam exposta

expostularent, Simoniaci non essent. Nihilominus probabilis exultimo cum Suar. lib. 4. c. 19. circa finem esse Simoniam iuris diuini, si in pretium exigit pecuniam. Probo, quia illa assistentia ex institutione Ecclesie est annexa officio parochi, & videtur expositula, quia contractus ille sanctus est, & Sacramentum. Ergo reduitur ad ministerium Ecclesiasticum; ac proinde Simonia eis pro illo pretium recipere.

Aduerit tamen si ex assistentia matrimonij, vel benedictione nuptiarum aliquod emolumenum, aut stipendium soleat parochio evenire, posse absque Simonia noile dare licentiam alteri assistendi matrimonio, vel benedicens nuptias, quin fibi emolumenum, quod sperabat, compenteretur; quia tunc non peccat pecuniam pro licencia concedenda. Sed peccat pecuniam ut le indennem feruerit; & ita tenet sylvestri, verbo Simonia n. 8. §. secundum, Man. Rodrig. c. §. n. 10. Arag. q. 100. art. 2. in fine pag. 1113. & idem affirmant supradicti doctores de licencia concesionandi, & administrandi quodlibet aliud sacramentum.

Ruris de actibus Ecclesiasticae iurisdictionis pertinentibus ad exteriorum forum dicendum est, in quibus aliqua sunt certa, alia sub dubio.

6. Certum est non posse Vicarium Episcopi, neque aliquem iudicem spiritualem, sive ordinarium, sive delegatum, neque Vicarium Ecclesie, neque capellanium prelio confidit, sive pretium deus ex parte accipiens iurisdictionem, sive ex parte dantis; quia quocunque modo fiat, Simonia committiturque est actus potestatis spiritualis & specialisti probatur ex cap. ad notram, de Simonia: ibi mandamus quatenus pro ministerio Ecclesiastico exercendo, sive pro vicaria affligandis nullatenus pecuniam exigatis. Idem habetur, ex cap. consilere eodem tit. & in leg. 8. tit. 17. part. 1. in modo que Ptolomeus potest accipere pecuniam, ut hunc potius, quam illum in vicarium constituit: accepterit enim pro sua deleganda potestate: ita exples Suar. c. 6. n. 1. in medio. Deinde non potest illi vidi eligendi ad dignitates, aut Ecclesiastica beneficia, neque ius confirmandi electionem, aut conferendi talia beneficia, aut intrinseci in iure: quia haec omnia pertinent ad iurisdictionem spiritualium, si quidem actus ab illis procedentes spiritualia sunt, atque ut ipsum ius suum propter actus estimabile sit. Deinde presentandi infra tractabitur, an vendit potius.

7. Sed obiectes, in curia vendi clericatum camerae, & auditoriatum camerae: quae sunt munia constituta ad Ecclesiasticae iurisdictionem exercendam vice Pontificis.

Respondet in illis officiis, sicut in quoibet beneficio duo esse confiderant. Primo iurisdictionem spirituali, Secundum emolumenum temporale ex illa proueniens: & licet hoc secundum non possit vendi, quatenus primo coniunctum est, ut constat ex cap. si quis obicit 1. 9. hoc tamen est ex prohibitione iuris Ecclesiastici, in quo Ponitix dispensatio proinde absque Simonia facit, ut illa officia vendantur secundum tempore quod habent: sumiturque ex c. vii. Ne prelati vires suas, vbi Abbas Angel. Simonia 2. n. 25. Suar. lib. 4. c. 20. numer. 6.

8. Alia sunt munera, & officia pro iurisdictione temporali exercenda, qualia sunt decutionatus, & iudicature temporales alicuius populi, in quo Praefati Ecclesiastici habent iurisdictionem temporalem, in quo enim officia si vendantur, nulla est Simonia: quia nihil spirituale habent. An autem licita sit eorum venditio, vel locatio, Breve responderemus, ecclasia lege positiva licere, dum modo beneficiorum conceduntur, & moderato stipendio. At quia legibus nostri regni prohibita est venditio horum officiorum absque Regis licentia, leg. 2. o. 5. lib. 2. ordinamus, & tit. 13. leg. 6. & 16. & tit. 14. leg. 2. & leg. 3. & 10. tit. 15. leg. 14. & tit. 16. leg. 4. ea de causa credo peccatum Episcopum haec officia videntem, pro qualitate obligacionis, quia leges ciuiles trespicientes bonum commune tencor seruare. Non tamen carcer probabilitate supradictas leges solum de officiis vendendis a personis facultibus, Dicibus, Marchionibus, aliique similibus Principibus loqui. Quia non possunt disponere de iurisdictione, bonisque temporalibus personarum Ecclesiasticarum.

9. Secundum certum est, capitulum, aut alios praedatos nihil omnino posse exigere pro collatione, electione, institutione, vel possessione concedenda non solum in pretium, sed neque etiam in sustentationem, nisi ex antiqua confertudine solita sint haec in pios viis converti: aliquin erit Simoniacus, & incurrit penas Simoniacorum: ita Trident. sess. 4. c. 14. de reformato: & probat latè Garcia pluribus doctoribus, & decisioibus relatis 8. p. de benef. c. n. 75. & 83. & ibi congregatio Concilii prius referit Farinac. volum. 4. pag. 87. colum. 2. in modo Pius V. declarauit Episcopum, qui aliquid eti dulcione (dum taxat) exigit in receptione alicuius canonice cuius se fupsum à Pontificibus, & capitulo talia exigens subiaceat interdicto: & facultates autem personas sententiae excommunicationis referuantur, & eos qui si aliquid accepérint ad restituitionem accepti teneri, ut pater ex Bulla Pij V. quæ incipit: Durum Ferd. à Castro. Sum. Mor. Pars III.

nimis, publicata Kalend. Junij 1570. Aduerit tamen Lessius lib. 2. c. 35. dub. 18. m. 11. fini pallium non obseruari, & omnino ignorari: esto Concilium Episcopis mandet, ut in executio- nem deducant.

Deinde circa supradictum decretum concilij sacra congregatio censuit non posse fieri de novo statutum ut aliquid solueretur etiam a nouiter recepto in ultimis piis, veluti pro fabrica, vel sacrificia, nisi fuerit a Pontifice per certam scientiam approbatum, & confirmatum, &c. tradit. canon. 99. lib. 1. c. 19. n. 28. Navarr. c. 23. m. 101. vers. 11. Garcia aliis relatis, & decisioibus adductis 8. p. c. 1. à n. 87. Notiori vero, & alijs officiales, etiam si illis salariorum constitutum sit postulare abesse. Si Simonia pro suo labore in danda possessione beneficij, seu actis illis precium recipere: quia supradictus decretis id non cauteatur & tenet Garcia supra n. 80.

10. Aliud munus Ecclesiastice iurisdictionis est in votis, iuramentis, impedimentis matrimonij, aut quibusvis legibus Ecclesiasticis. Pro quo munere affirmandum est, non posse absque Simonia exigere pecuniam etiam in sustentationem dispensantem: sed gratis haec omnia esse concedenda: est certa conclusio ex Concil. Trident. sess. 22. c. 5. & sess. 24. c. 5. de reformato. & sess. 25. c. 18. & probat D. Thom. q. 100. art. 3. ad 2. Lessius lib. 2. c. 35. dub. 9. n. 57. Suar. c. 2. o. n. 8. Lcedima 2. p. tradit. 12. conclus. 9. Garcia 8. p. c. 1. n. 100.

Solum obiecti potest ultimum curia: vbi pro dispensationibus pecunia exigitur, & quo gravior est dispensatio eo maior quantitas expolitatur, ut pro dispensatione in secundo gradu, magis quam in quarto, & in impedimentoo consanguinitatis, potius quam in impedimentoo affinitatis, aut honestatis, quia omnia videntur esse contra ius commune cap. 1. de Simonia, cap. 3. Episcopum, 1. quest. 2. & Trident. supra. Respondebit potest Pontificem esse superius communem, atque adeo ex eius concessione expolitari pecuniam non in commutatione dispensationis, & gratiarum, quæ conceduntur in Romana curia: hoc enim est ut Simonia contra ius diuinum: sed petit pecunia in sustentationem Pontificis, & officialium, quod absque Simonia a fieri potest ex dispensatione Pontificis, conseruande approbante: & ita tradit Suar. lib. 2. cap. 20. numer. 13. cum Rodoano 1. p. esp. 25. numer. 4. Garcia 8. p. c. 1. num. 101.

11. Ordinarij autem esti pro iis dispensationibus pecuniam exigitre nullatenus possint, possunt tamen (ut bene aduertit Lessius illo cap. 35. dub. 9. num. 57. & idem est de quolibet alio dispensatore) imponere dispensato viuis largiendo elemosynam pauperibus, vel monasterio: quia Concilium solum prohibet exactiōem pecunia pro ipsa dispensatione, non tam prohibet, quia via commutationis aliquid exigunt: quod maxime verum habet, si in votis, aut iuramentis, & festis fieri dispensatio debita non sit. Et eadem ratione si dispensatio supponat culpam, possunt dispensantes in illius pecuniam praetipere aliquam elemosynam, ut tamen haec omnia ab omnibus Simonia, & illius specie immunita sunt: aduertit optimè Suar. lib. 4. cap. 20. numer. 15. præstat non sibi, sed piis operibus elemosynam applicare debere. Idem Rodoano. Manuel. Rodrig. 2. t. sum. c. 48. num. 4. cum Panormite & Couartru. in c. Alma mater. 1. p. §. 11. n. 10. & D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 2. ad 3. Soto lib. 9. q. 3. art. 1 ad 3. Navarr. c. 23. n. 102. & facit lex 1. tit. 5. lib. 8. nota compilat.

12. Sed inquires an ordinarij, & alij officiales, quibus à Sede Apostolica committuntur dispensationes matrimoniales, & alia possint pro labore, & receptione, & examinatione testium aliqui exigere?

Respondet Thom. Sanchez lib. 8. de Matrim. disp. 35. n. 21. & Salas de legib. diff. 20. sect. 10. in fine. recipi posse quidquid est introductum conseruandine. Nam esti in recipito hatum dispensationem habetur, ut omnis spes cuiuscunq; munieris, & præmij etiam sponte oblati deponatur; non obinde sit, non posse laboris impensis stipendum recipi: nam stipendum non habet propriæ rationem munieris, neque præmij. Nihilominus tamen omnino dicendum est cum Garcia 7. p. num. 102. & Navarr. lib. 1. Conf. in 2. edit. titul. de Re script. 100. conf. vi. Zevallos in praxi Episcop. 2. p. verbo delegatus §. 2. p. verbo dispensatio. §. 1. & Marco Antonio Genueni. in praxi Archiepisc. curia Neapol. cap. 25. n. 13. Nihil posse etiam in stipendum ab ordinato recipi pro examinatione testium, verificandis dispeñsatione narratis, & Solum notario pro examinatione testium, & aliam terum informatione permittit accipere posse quartam partem aurei, seu ducati, & contrarium facientes pena excommunicationis referuntur innoxiantur: ut constat ex verbis apponi solitis in fine ipsarum litterarum: & in litteris dispensationem pro pauperibus cum copula, additur dispensationis expeditionem nullius esse roboris, & momenti, si gratis omnino non fecerit.

Negue posunt supradicti excusari affirmando stipendij receptionem, non esse prohibitam, sed solum munens, & præmij, quæ in idem videntur incidere. Nam si recte illa verba expendantur, nomine munieris intelliguntur donativa

E. 2. vulgo

vulgo *Cœches*: & nomine *præmis* vocatur stipendum, & merces debita pro labore, sicut recte certanibus promittitur præmium vita æterna. Et ita explicat Farinac. *volum. 4. folio 2. c. 3. dere format. ver. cognoscatur*, pag. 5. t. 1. Garcia *suprà*: vbi adducit plures declarationes pro hac sententia neque rufus exclarci possum aliqua confuerudine, ut ex quadam declaratione, quam adducit Garcia illo cap. 2. num. 103. circa Vicarios Archiepiscopi Burgenis constat, & quia est interputa per dictum decretum: neque iuuare potest contra speciale decretum, & mandatum Pontificis denuo productum post ipsam confuerudinem. Fatoe, si consuetudo legitime introducta est, non derogat per decretum, nisi ilius fiat expressa mentio.

13. Aduerto tamen. Primo, si necessarium esset ordinatio, vel alii dispensantibus exire a suo domicilio pro examinando testibus, verificandaque narrativa, poterit pro hoc labore pecuniam recipere. Idemque est dicendum, si patres peregrini transiumpant instrumenti dispensationum. Tenet Garcia & Genuent. *suprà*.

Secundo aduerto receptionem pecuniam in stipendum pro supradictis munibibus, & officiis, eti illicta sit, non tamen esse simoniam, sed tupe lucrum; qui in iis decretis non videatur prohibita sub hoc titulo, & ratione.

Tertio, dico receptionem pecuniam in expeditione aliarum dispensationum à causa matrimoniali non esse prohibitam, si recipiat pro stipendo laboris impensum in examinando testibus, aliiisque officiis praestans: & in hac parte consentio cum Salas *suprà*.

14. Supradicti annexi potest patrocinium in iudicio in causis spiritualibus; pertinet enim ad complementum Ecclesiasticae iurisdictionis. Pro hoc tamen munere conuenient omnes Doctores, ut testatur Suarez libr. 4. de *Simonia*, capit. 53. numer. 9. posse pretium recipi, & idem esse de protractione: Ratio est, quia haec munera non sunt à potestate spirituali, neque ab aliquo habente illius iurisdictionem: immo sunt munera temporalia, & antecedenter annexa rebus spiritualibus: & ita obtinuit praxis, & torus Ecclesiæ confuetudo. Quia ratione in cap. non sanè 14. quæst. 5. absque villa distinctione dicitur licet aduocato patrocinium suum vendere.

15. Pro testimonio autem exhibendo, aliqui affirmant simoniam & si pretium exigua quaque testificatione paratur via ad beneficium, potius quam intercessione: & ita tradunt Panormitan. in c. tuis nos. n. 6. de *Simonia*, & ibi Hostiens. & Felinus num. 4. D. Antoniu. cap. 5. §. 17. notab. 1. Tabiena numer. 47.

Verum distinguendum est cum Suarez libr. 4. de *Simonia*, c. 53. num. 11. vel ex parte dantis pecuniam, vel ex parte recipientis: si enim tali nolenti testificari veritatem pecuniam tribuas, simoniacus non esquias tribus ob redimendam via xationem, quod tibi licet: ipse tamen testis iniustitiam commitit iuxta doctrinam August. in cap. n. non sanè 14. quæst. 5. & D. Thom. 2. quæst. 6. art. 4. ad 3. quem omnes Theologi sequuntur, & iurisperiti in cap. 1. & cap. sicur nobis de *Testibus*: & Turrecremata in cap. qui recte, quæst. 3. nisi excusetur pro labore aliquo, aut incommodo compensando, si forte illi euenit ex tali testificatione. An vero committat simoniam, si accipiat pro testificatione veritatis mihi sane dubium est, quia testificatione veritatis v. g. in aliqua lite beneficii, nihil aliud est quam quedam manifestatio, & comprobatio iuri, quod habes circa tal beneficium: qui si afflumeret munus informandi prælatum, eisque manifestandi veritatem, non esset simoniacus. Ergo neque testis debet esse: & hoc sine dubio procedet, si pecuniam expostulerit non in commutatione non ea testificationis, sed in stipendum: quia hoc expresse non caueatur aliquo iure posuisse.

16. Tandem dicendum est de omnibus pertinentibus ad potestatem spirituali: cum enim iurisdictionem internam, quam exteri potest exerceti possit, non solam concedendo spiritualia, dicitur & beneficia, sed etiam negando illa effectus committat simoniam, quories negatio alicuius actus spiritualis procedit à potestate spirituali: & ita tradit cum communis Doctorum sententia Vgolinius tab. 1. c. 40. §. 3. Suar. lib. 4. de *Simonia* c. 22. a. num. 4. Lessius dub. 1. c. 35. & dub. 11. n. 64. & decidit manifeste in c. *Nemo de simonia*: ubi glossa, & Panormit. num. 6. & in c. *Nuntius Episcopus*, c. sunt quidam 1. q. 1. & ibi glossa, Archidiacon. Præposit. & Turrecrem. Difficultas autem est in assignatione harum omissionum. Vt autem hoc intelligatur, apponamus aliqua exemplia ex quibus generalis doctrina percipi possit.

17. Et quidem in iurisdictione potest interni datur simonia, si post auditum peccatorum confessionem deages penitenti abolitionem pecunia accepta à tercia persona. Quia est actus à potestate clauis, cuius proprium est solvere, & ligare: & habeat expresse in c. *Nemo presbyter*: ibi. Ne quenquam penitentem gratia, vel favore ad reconciliationem adducat, vel quoconque favore dignè penitentem à confessione remoueat; quia simoniaca est virumque: & tener expresse

Lessius *suprà*, & Suar. c. 21. n. 9. Simile est in iurisdictione fori contentiosi, si cum teneatis absolue te ab aliqua censura, nolis aboluere, centeris enim virtualiter continuare censuram, & actum iurisdictionis exercere: & ita notauit expresse Lessius dub. 11. n. 64. fine: & Suar. *suprà*, ceterique Doctores. Idem videtur dicendum, si corruptus pecunia, contra criminalium non processas, tacitè enim condonas delictum, aut si iuste appellantes deneges appellationem, in iis enim causibus non tolum est negatio vius iurisdictionis, sed porius est illius moralis vius, vt bene Suarez, c. 22. n. 16. fine.

18. Alia sunt exempla in quibus DD. non convenient: Primum est de patrocho obligato, dicere sacrum parochianum illorum confitentis proprie pecuniam omitrat factum, aut confessionis auditionem negat in iis causibus center Vgolinius tab. 1. c. 40. §. 2. & 3. elle simoniam. Verum probabilis sententia non esse, quia tunc non videtur exercere iurisdictionem, sed negare vium illius: & ita tenet Suar. lib. 4. cap. 22. n. 13. Lessius lib. 2. c. 35. dub. 11. n. 64. *circa finem*.

19. Secundum exemplum est, si parochus, vel prælator propter pecuniam negat subditu iuste petenti licentiam, ut alteri confitatur, &c. In quo casu center Suarez *suprà*, num. 6. cum Vgolinius tab. 1. c. 26. §. 3. n. 6. probabilis videtur esse simoniam. Multam tamen contrarium videtur dicendum; eo quod huiusmodi negatio non sit exercitio potestatis, sed potius non vius illius, sicut quando negat administrationem facientes, nullam in his causibus speciale differentiam inuenio.

20. Tertium exemplum est: At non denunciandi pecuniam. Et quidem quando ex officio ad denunciandum non tenet, simoniam non committit: quia celato peccato non est à potestate aliqua spirituali. Difficultas tamen est, si ex officio teneatis denunciare, ut si parochus sis, & parochianus in Paschale non communicat, & pro pecunia acceptra hunc parochianum non manifeste Episcopo: quod facie potes, si scribas cum, qui non communicavit inter eos qui communicebant, aut si scribens non communicantes omittas illum qui pecuniam dedit.

In hoc casu videtur docere D. Thom. 2. q. 100. art. 3. ad 3. committi simoniam, quatenus ait pastores non potest pecuniam recipere, ut subditum corrigat, vel à corrigendo desistant: Giolla, & Panormit in c. *Nemo de simonia*: Antonius, Sylvestris, Paludanus, Vgolinius, & alij relati a Suarez, lib. 4. c. 22. n. 15. vbi hanc sententiam reputat probabilem, & reddit rationem: quia parochus omittens hanc denunciationem abutit suo munere & quasi iurisdictionem, & quantum in eis, impenitentem absolutum, & à censura liberat, per talen absum propter pecuniam. Insuperque probatur ex c. *Nemo de simonia*: vbi prohibetur pie hyteri, ne à peccante publice aliquid accipiant, ut eius peccatum Episcopo, aut eius ministris celent: cum autem haec prohibitio sit sub titulo de *Simonia* videtur simoniacum esse.

21. Nihil omnium dicendum est, si probabilis omittens non huius decunctionis simoniaca non esse: teneat hanc sententiam Innocent. in *supradictum cap. Non oportet* ibi loqui textum de similitudinaria simonia, non de propria: confitentib; Hosfensis, & Lessius libr. 2. cap. 35. dub. 11. n. 64. §. neque obstat, Suarez lib. 4. cap. 22. numer. 14. propendet magis in hanc sententiam. Ratio est, quia eti parochus omissione denunciationis liberat subditum à suppicio, non tamen in hac libratione iurisdictionem exerceat, cum non aboliat penitentem, neque proprii liberet à censura incuria. Caput autem *nemo de simonia* contrarium non est huic nostrae conclusioni: quia ut optimè expendit Suar. *supradictum loc. hic textus duas habet partes* vnam à principio, vñque ad verum *Ne quenquam excludere*, aliam in toto illo verisu vñque ad finem: prior ergo prohibetur presbyteris ne accipiant aliquid temporale propter celandum publicum peccatorum Episcopo vel ministri eius: & in hac parte nullum est verbum de *Simonia*. Vnde videtur illud prohibitum, tanquam contrarium bonis moribus & officio clericorum, non tamen ut contrarium religioni, & simoniacum. In secunda autem parte prohibetur clericis reconciliare quenpiam, vel reconciliationem aliqui negare propter pretermis: & redditur ibi ratio, quia simoniaca est virumque. Quae verba (vt bene Suarez) non referuntur ad priorem partem capituli, sed tantum ad hanc posteriorem: nam vox illa virumque duantur paucis complectitur, quæ debent esse proximas precedentes. Ergo non cadit in eas, quæ remota praeficeruntur. Alias si Pontifex voluisset omnia precedencia complecti, cum illa sunt plurquam duo, non debet dicere, quia virumque, sed quia omnia hæc simoniaca sunt. Quid si aliquis inter, si vitium prohibitum in prima parte texus non est simoniaca, cur ibi ponitur sub titulo de *simonia*? Respondeat Suarez *suprà*, num. 14. fine: non omnia prohibita sub illo titulo esse propriæ simoniaca, sed quædam obiter adiungi propter analogiam aliquam.

PUNCTVM

DE
ASTRO
PALA
TON.
II